

Desinet ad libitum liber ubique uehi;  
 Tunc sciri poterit modus eius, eritque uidendum  
 Quod totum capiat area quinque pedum.  
 Tunc quis hic extiterit, non extra quere sed intus;  
 150 Fel esse inuenies omne quod egit opus;  
 Fel esse inuenies quecumque stipendia tollit  
 Ipse suis meritis in regione Stigis.  
 Sic fel assumes quo te condire memento;  
 Immo animus sese condiat inde tuus.  
 155 Hoc memorare frequens, hoc sepius inprime menti,  
 Iam minus incipies terrea uana sequi;  
 Quod si in contemptum ducis ludibria mundi,  
 Sic potes amissa denique luce frui.  
 Sic uisurus eris homo lumen mirabile celi,  
 160 Sicque soluturus laudibus ora Dei.  
 Menia sic nosces quam sint speciosa superne  
 Ierusalem, cuius tunc quoque ciuis eris;  
 Cuius saphiris porte edificantur, et in qua  
 Non nisi qui uiuat ponitur urbe lapis;  
 165 In qua libertas plena est et seruitus omnis  
 Tollitur, omnibus est uita futura bonis;  
 In qua Tobie comparticipare beato  
 Nobis donetur propiciante Deo.

## LIBER DANIELIS

*Incipit Liber Danielis*

Postquam subiectos sibi rex Babylonis Hebreos  
 Vicit et afflixit ense, dolore, fame,  
 Insignes pueros forma sensuque peritos  
 Cum reliquis fecit in Babylona trahi,  
 5 Quos eunuchorum prelato tradit ut illos  
 Doctrinis foueat eloquiique fauis,  
 Vt pascant illos regalis fercula mense  
 Et rex inspiciens lumina pascat ibi.  
 Sed Daniel, Azarias, Misael, Ananias,  
 10 Effulsere magis quatuor inter eos;  
 Prefuit his Malasar, regales exhibit escas  
 Vt nitidos illos redderet esca nitens.  
 Inquit ei Daniel: "Tempta bis quinque diebus,  
 Obsecro, nos tantum dando legumen, aquam;  
 15 Post, uultus nostros et eos quos regia pascit  
 •• Esca nota; post hec quod placet, illud age."  
 Annuit ille preci prebendo leguminis escam,  
 Regalem tollens ad sua uota cibum;  
 Inque breui tantum pueri nituere quod omnes  
 20 Excedat sensus mentis et oris honor.  
 Isti post annos tres coram rege statuti

1 sibi] si N	11 hic Md    Malasar Malaser
3 sensu formaque RPAS formaque sensu N	exhibet] prebuit GU
4 facit Md	14 uos LS
5 prelatis U	15 nostros uultus L
6 foueant RUL    eloquiisque PMd	16 placet] libet CS    istud LU
8 respiciens U	19 pueri tantum GU dicti pueri C    nituere] uinxere R
9 Azarias. . . Ananias tr. CS	20 excedit MP    honor oris M
10 effluxere A	

Plenius exponunt omne quod ille petit;  
Doctrine decuplum princeps inuenit in illis  
Pre cunctis aliis qui sua regna colunt.

- 25 Visio nulla grauis sensum latuit Danielis;  
Sompnia que latitant huic patuere uiro.  
Hic in Chaldea uiuens castissimus usque  
Ad Darii tempus clarus honore fuit.  
Isti uisa decem patuerunt, que sine falsi  
30 Fermento noster uult aperire stilus.

*Prima uisio Danielis.*

Anno qui fuerat a regni fine secundus  
Sompnia rex uidit nec memor inde fuit.  
Querit ab ariolis quid uiderit ille, sed omnis  
Ariolus regis soluere uisa nequit;  
35 Iram concepit rex; ut pereant Babylonis  
Omnes prudentes corde furente iubet.  
Queritur ut pereat Daniel, sed postulat ille  
Vnius spatium noctis ad istud opus,  
Cumque suis sociis pulsat prece sidera; stillans  
40 Gratia celestis uisa reuelat ei.  
Coram rege stetit, cui rex: "Poterisne quod opto  
Soluere?" Respondit: "Est Deus ista potens;  
Est Deus in celo reserans secreta supremo  
Tempore, monstrauit ille futura tibi.

- 45 Pectore uoluebas quis post te regna teneret,  
Ostenditque tibi regna futura Deus.  
Coram te statuam grandem terrore uidebas  
Horrificam, cuius ista figura fuit:  
Est aurum caput et collum; sunt brachia, pectus

22 ipse F      24 quos L  
26 huic] hinc P      27 Chaldea  
Caldea || uiuens] iuuenis GW  
28 honore] in orbe MPC  
29 ista N || uisa] uasa U || patuere  
LU || falso L  
34 uisa] iussa U  
35 pereant *om.* P  
36 corde] ore W

37 Daniel pereat U  
38 illud MPGGUSMd  
40 eis F  
44 monstrabit UW  
45 uolebat P uolebas G || post te  
quis CS  
46 tibi...Deus *tr.* PGU  
47 terrore] perstare S  
48 horrifera F

- 50 Argentum; sunt es uenter utrumque femur;  
Sunt tibie ferrum; quedam pars ferrea durat  
In pedibus, quedam fictilis equa luto.  
Scinditur absque manu de monte lapis, feriendo  
Comminuit statuam, tota fit illa cinis.  
55 In montem magnum creuit breuis ille lapillus,  
Cuius mole graui tota repletur humus.  
O rex, audisti que sit tua uisio; mentis  
Nunc ratione nota uisa quid ista notent.  
Est caput ex auro: nichil est preclarius auro  
60 Et regno cedunt omnia regna tuo.  
Post aliud regnum surget minus, et uelut auro  
Argentum cedit, sic minus illud erit."  
Regnum Persarum Medorum congruit isti;  
Brachia fregerunt hec Babylona duo.  
65 "Laude nitens celebri post hec ex ere sequetur  
Regnum perspicuum quod tremet omnis humus."  
Hoc est Grecorum regnum quod congruit eri,  
Nam uelut es resonat, hoc ita laude sonat  
Vel pro rhetoricis quos nutrit Grecia siue  
70 Propter Alexandrum, quem sua fama canit.  
"Quartum succedet regnum feriens quasi ferrum;"  
Quod de Romano rite notare potes.  
Ferrum cuncta domat, confringit, conterit: ensis  
Romanus frangit cuncta rigore suo.  
75 Porro pedum quedam pars ferrea, testea quedam,

50 sunt es] sic sunt F

51 dura MPC

53 manu] sono M      seno P

54 sed minuit P

55 breuis] tamen L || iste MPU

56 eius GUF

57 O] nunc A || mentis] tantis MPC

58 notat L

59 est] es Md || nil L || est precio-  
sius auro GUF est preclarius  
illo M preclarius auro est C

61 surget regnum MGU

62 sic] sed P || istud Md

63 regno Md || Medorum] et Medo-  
rum W || istud W

65 ex *om.* U

66 tremit MPGUF

69 Grecia] gratia P

70 quem *om.* P

71 succedit U || feriens] feruens  
GW

72 iure GU || potest AFL

73 ferrum] regnum P || confregit  
R constringit GU.

74 fregit F || uigore PCF

75 pedis U

- Lites ciuiles discidiumque notat;  
 Sicut materies non heret ferrea teste,  
 Sic herere nequit plebs inimica sibi;  
 Sic partim regnum iacet et partim solidatur  
 80 Dum plebs hinc secum dissidet, inde uiget.  
 "Tunc Deus ostendet regnum celeste quod ista  
 Singula comminuet, tempus in omne manens."  
 Post regi Daniel ostendit quid lapis ille  
 Denotet: hec Iosepho non placuere tamen.  
 85 Ad regnum quod adhuc expectat nescia Christi  
 Hoc Iudea refert, credere tarda Deo.  
 Tunc rex protulit hec, Daniele pronus adorans:  
 "Excepto uestro nullus in orbe Deus."  
 Post regem Daniel super omne decus Babylonis  
 90 Fit princeps, meritis et ratione potens,  
 Sunt et tres pueri Daniele precante statuti  
 Totius patrie rege iubente duces.

*Secunda uisio, in qua rex in fornace uidit quartum similem filio Dei.*

- Latam sex cubitis statuam rex erigit auro  
 Que decies senis grandis et alta fuit.  
 95 Rex statuit statuam prope Duram flumen ut omnis  
 Dux, princeps, miles, uulgus adoret eam.  
 Preco clamat ut hanc omnis uir adoret in hora  
 Qua dulces modulos musica signa dabunt;  
 Qui spernet curuare genu mittetur in ignem,  
 100 Fornacis flammis fiat ut ille cinis.

76 notant CUA

80 dum] hec U || dissidet M

81 tunc] cum P || ostendit U

82 comminuit U

83 iste PCUSF.

85 adhuc] ad hec Md

86 hec W hic U

88 nostro N

89-92] *tr. post 94 C*

90 fit] sit RLMd || meritis] men-  
tis U

95 statuam statuit MPSMd || Du-  
ram Duran Dusam Duzam Du-  
men || Duram prope GU

96 miles *om.* A || adorat RMd ||  
|| eum G

Post 88 add. Aegidius 1:

In Daniele uiget sensus sublimis et eius  
 Vis inspiratur omnipotente Deo.

- Preter tres pueros statuam plebs omnis adorat.  
 Accendit nimius regia corda furor;  
 Fornacem iubet accendi; strepit ignis in illa  
 Et solito grauior septupla flamma fuit.  
 105 Tres in fornacis medium mittuntur, at illos  
 Qui misere uiros flamma uorauit edax.

*Que sequuntur dicit Ieronimus se non legisse in Hebreo. Geometrica  
 regula comprehensum est.*

- Flamma, nouem cubitis surgens deciesque quaternis,  
 Quos prope fornacem sensit adesse uorat.  
 Angelus ad pueros descendens excutit ignem,  
 110 Flare facit uentum roris in igne graui.  
 Tres igitur laudem cecinere Deo: "Benedictus  
 Patrum nostrorum sit sine fine Deus."  
 Ille sequens hymnus qui post "benedicite" currit  
 In laudes Domini prodit ab ore trium.  
 115 Rex stupet hec et ait: "Tres tantum misimus intus;  
 Quartus adest quasi sit filius ille Dei."  
 Tunc prodire iubet rex de fornace canentes,  
 Laudantes, hilares et sine labe uiros.  
 Mirantur quod in his combustio nulla capilli,  
 120 Non uestes ueste, non dolor ignis erat;  
 Edictumque dedit rex ne diues uel egenus  
 Promat in illorum uerba profana Deum,  
 Restituitque tribus quos est largitus honores  
 Primitus ut patriam sicut et ante regant.

102 accendunt U

103 strepet W

105 at] et U ut S ad P

106 flamma uorauit] deurat ig-  
nis W

107 nouem] decem G

108 sentit MPA

109 descendit F descendit et G

111 laudes AL

112 sis MPU || Deus] decus F

114 laudem GA

116 ipse C

117 facit MdLFW

118 laudantes] gaudentes GUAF

119 in his] eis U

120 nec dolor AU non odor RGC

|| ignis] ullus MdLUSW

123 quos est] quibus U

*Tertia uisio, quam non scripsit Daniel sed est epistola regis postquam de bestia restitutus in hominem, quam inseruit*

*Daniel operi suo. Hec est forma epistole.*

- 125 Florens in regno dum gaudeo, sompnia uidi;  
Incussere michi sompnia uisa metum;  
Nec potuere uiri Chaldei soluere uisum  
Sed solus Daniel indicat illa michi.  
Paruit in sompnis arbor michi sidera tangens,  
130 Amplectens patriam, fructibus ampla suis;  
Pastum sumebant animalia queque sub illa,  
In ramis eius multa uigebat auis.  
Ecce uigil sanctus ait e celo: "Ruat arbor,  
Exulet et pereat bestia, fructus, aues;  
135 Sit tamen in terra germen remanens, et in agro  
Terre pascatur associetque feras.  
Eius ab humano cor mutetur, super illam  
Septem mutari tempora plena scias,  
Donec cognoscant uiuentes quod Deus unus  
140 In celo regnet, terrea regna regens."  
Turbatus Daniel, quasi sola cogitat hora,  
Heret, et exponens sompnia regis ait:  
"Te, rex, designat arbor que sidera tangit,

125 gaudio G    uidi] regi U	Md    auis USMd
126 michi. . .metum tr. Md	136 associatque U
127 non MPGAF	128 ista S
127 non MPGAF	137 mutatur F
130 fructibus] frondibus CGUSA	139 uiuentes cognoscat P
MdW	140 regna] cuncta GU
131 animancia U    queque] cuncta GUF    illa] ipsa MA	141 sola quasi CS    cogitet RPS
	MdL
134 exulat N    fructus] fractus	144 nutu cuius F

Post rub. ante 125 add. Aeg. 1:

Que subit est tanquam mittentis epistola regis  
Cum rursus sit homo, bestia primo manens;  
Nec scripsit Daniel nisi rex qui uiderat illam;  
Inseruit scriptis hanc tamen ille suis.

- 5 Porro qui loquitur rex est; inducitur ipse  
Vt rerum uisor et sua uisa loquens.

- Sub cuius nutu cetera regna tremunt.  
145 Audisti decreta Dei: te respuit orbis  
Et tibi tolletur huius honoris apex,  
Cumque feris fenum comedes per tempora septem,  
Donec cognoscas qui tibi regna dedit;  
Germen radice dimitetur tibi, regnum  
150 Nam tibi restituet Conditor ille tuus.  
Audi consilium, miseris miserando reatus  
Dilue, terge tuos per pietatis opus."  
Rex anni post circuitum dum circuit aulam,  
De Babylone sua uerba superba sonat:  
155 "Nonne nitens hec est Babylon, que preminet orbi,  
Ampla decore suo, robore facta meo?"  
Vox erat in lingua cum de celo super illum  
Vox ruit: "Aufertur gloria tanta tibi.  
Ad pecudes transi; tibi sit fenum cibus annis  
160 Septem donec eum qui regit astra scias."

*De mutatione Nabuchodonosor et sensu tamen relicto.*

- Ex hominum cetu mox est eiectus et herbis  
Vescens sumebat pabula more bouis;  
Crines canescunt, aquilas imitantur; et ungues  
Crescunt ut uolucrum sint rapiendo pares.  
165 Postque dies diffinitos ego rex leuo sursum  
Intuitum; sensus redditur ecce michi.  
Laudo Deum, cuius eterna uigensque potestas;  
Regno restitutor et michi creuit honor.

*De successoribus Nabuchodonosor usque ad Balthasar.*

Post obitum Nabuchodonosor, rex filius eius

145 respuet U	146 tibi] qui R	hec est MPUA	160 regis L
147 comedes fenum GU		161 proiectus NMDL    et] in Md	
148 quis CUSLF		163 imitatur MPW	
150 nam] non S    ipse GU		165 perque R	
151 miseris] multis U    miserendo MG	152 tange A	167 eterna et uigensque C uigens eterna F	
153 post] per GUCMd		168 crescit UAW	
154 superna L		169 Nabucodonosor Nabugodonosor	
155 nitens] titens P    Babylon			

- 170 Nominis eiusdem scepra paterna tenet;  
Exurgitque per hunc suspensilis hortus, et artes  
Herculeas uicit artibus ille suis.  
Post istum frater Euilmoradach fuit usus  
Regno, qui Ioachim soluit, honorat, alit;  
175 Tres genuit pueros; est nomen Balthasar uni,  
Post patrem datur huic regius ille thronus.

*Sequitur quarta uisio Danielis, non secundum libri eius ordinem  
sed secundum historiam, in qua uidit imagines quatuor  
bestiarum, quatuor regna que uidit Nabuchodonosor  
in statua quadrijaria; sed additum est  
de antichristo et die iudicii.*

- In primo Daniel regnantis Balthasar anno  
Sompnia uidit et hec scripsit et istud ait:  
In pelago uenti pugnabant quatuor; extra  
180 Vidi prodire quatuor inde feras.

*He sunt angelice potestates que laborant pro regnis mundi.*

- Prima leena gerens alas aquile fuit; illas  
Perdit et e terra tollitur illa simul  
Statque super plantas ut homo, cor ei datur eius:  
Assyrium regnum bestia tanta notat.  
185 Est lea ui fortis, fera plena libidine: fortes  
Assyrii semper luxurieque dati.  
Hec alas habuit aquile pro tempore longo  
Incipiens etas quando secunda fuit;  
Sub Saruch ante dies Abrahe descendit ab illa

170 scepra] regna UA  
171 exurgatque R excreuitque N  
exurgumque U || suspensibi-  
lis N || artes] aures G  
172 iste RMP  
173 illum UAW || frater om. G ||  
Euilmordach Euilmoradac  
Euilmordac Enulmordach  
Cuulmaradach Emaiadach Mo-  
radac 175 pueros genuit F  
176 ille] ecce P

178 hoc A  
180 quarto U  
182 perdit] tollit U || ex terra L  
eterna M ethera N || illa]  
inde UFMd  
185 leo MPCF fera Md  
186 semper et Assirii F Assyrios  
signat GU || datos GU  
187 hoc MP || aquile] ale U || pro]  
nam A quia Md  
189 Seruch Saruc Sarac

- 190 Ad quintam donec Balthasar ornet honor.  
Alis euulsis stans in pedibus fera, post hec  
Corde dato, notat hunc cui fuit herba cibus,  
Quem Deus ex hominum cetu proiecit et inde  
Regno restituit, scire futura dedit.  
195 Bestia que primam sequitur par eminet urso,  
Non tamen ex toto sed quasi parte sui;  
Ordo triplex in dentibus est, et dicitur illi  
Vt surgat, carnis plurima frusta uoret.  
Regnum Persarum notat ursus, namque labores  
200 Et duros uictus plebs solet illa pati;  
Nam pro pulmento genus hoc hominum sale crudo  
Et cardamomo uescitur, optat ali.  
Plebs ea non urso par est penitus quia nullum  
In populum legis est operata malum.  
205 Medos, Chaldeos, Persas habuit prius illud  
Regnum: denotat hoc dentibus ordo triplex,  
Vel tres forte duces solitos centum dominari  
Satrapicis et bis quinque decemque uiris.  
Hoc, quod dicebant nunc carnibus utere multis,  
210 Respicit Assueri tempora propter Aman,  
Qui graue consilium regis transfudit in aurem  
Vt gladio pereat omnis Hebrea tribus.  
Tertia post istam pardus gestans auis alas,  
Quatuor est capitum, cui graue posse datur:  
215 Regnum Grecorum, quod Alexandri manus auxit,  
Defendit, pardus iste notare potest.

190 honor] eam G  
191 deuulsis MP auulsis RA || im-  
pedibus M 193 deiecit U  
194 restituit regno CS regno con-  
stituit U  
195 belua Md 197 in] ex U  
198 frusta] frustra G 200 ista C  
203 ea] hec U || par urso non est  
penitus GFW non urso par  
penitus est P  
204 populo L

205 istud UW  
206 denotat hoc dentibus] quod  
dentum denotat G  
208 satrapis G  
209 dicebat MPCUAF || tunc F  
210 Assuerius R  
211 transfundit PMd  
213 istas G illam RCSA || gestans]  
geminans MP  
214 cui] qui R  
216 defendit] descendit Md || ille U

Est pellis pardi uario distincta colore,  
 Et uarias gentes subdidit iste sibi.  
 In mortem pardus saltu ruit: impetus istum  
 220 In mortes hominum saltibus ire facit.  
 Alas pardus habet: celeri uictoria cursu  
 Ornat Alexandrum dum sua fama uolat.  
 Quatuor est capitum fera, nam moriendo reliquit  
 Heredes regni quatuor iste sui.  
 225 Tantum posse Deus dedit huic, nam uirga furoris  
 Supra peccantes extitit ille Dei.  
 Bestia quarta fuit fortis, dentesque figurans  
 Ex ferro, comedens, sub pede queque terens.  
 Regnum Romanum notat hec, quod par animali  
 230 Nulli designat mira propheta loquens,  
 Vt sic Romanum demonstret habere uigorem,  
 Quod solet in cunctis fortius esse feris.  
 Vult tamen Hebreus quod bestia par fuit apro,  
 Exponens illud quod Citharista canit:  
 235 "De silua ueniens uites uastauit Hebreas  
 Dente timendus aper;" Titus et ille fuit.  
 Hoc regnum Rome conculcans cetera uicit,  
 Fregit, comminuit, sub pede cuncta terens.  
 Cornibus illa decem terreat bestia terram:  
 240 Ad finem mundi respicit iste locus.  
 Tunc in regna decem Romana potentia curret;  
 Per soles notat hoc ipsa Sibylla decem.  
 Horum de medio breue cornu surget, et istud

219 iste U	uiris A	234 exponit P
220 hominum om. P    facit] solit U	235 uires GFW    uastabit MGLW	
223 relinquit LSN	uastabet P	
224 heredes] Herodes P    ille A	238 comminuat F	
225-26] om. F	239 sternebat US    terras Md	
225 hec U	241 Roma P    crescet MP creuit	
226 illa M ira LN	C terret F	
227 dentesque] fortesque Md	242 per soles] perque dies M    hec	
figuras F	CS om. P    Sybilla Sibilla Si-	
228 queque] cuncta MPGAW	billa Subilla	
229 Romanum regnum CUS	243 cornu breue U    surgit MPMd	
hoc PCGUNALF    quia L	illud CUSLW	
232 dolet M    fortis N    feris]		

Est antichristus, quem synagoga colet;  
 245 De Dan nascetur miser in Babylone parentum  
 Semine conceptus, demone plenus erit.  
 Primis auulsa tria sunt de cornibus eius  
 A facie; reges tres dabit ille neci:  
 Rex, Egypte, tuus ac, Africa, rex tuus et rex,  
 250 Ethiopes, uester huius ab ense cadent.  
 His tribus euictis, deiectis, marte peremptis,  
 Septem uictori colla subacta dabunt.

*Et ecce quasi oculi hominis erant in eo, et erat ei os loquens ingentia [Dan. vii, 8].*

Mira uidendo sciet, magice miracula monstrans,  
 Gazas inueniens quas modo terra tegit.  
 255 Se dicendo Deum faciet iuuenescere templum,  
 Ponet ibi solium; turba sequetur eum.  
 Ad se conuertet multos ui, munere, signis;  
 Heliam perimet et gladiabit Henocho.

*Aspiciebam hec donec throni positi sunt. Vestimentum eius quasi nix candidum, capilli quasi lana munda, thronus eius flammæ ignis, rote ignis accensus; fluuius rapidus egrediebatur a facie eius [vii, 9-10].*

Velox iudicium uerbis signatur in istis,  
 260 Cum Christi faciem flamma preibit edax.  
 Decies centena milia assistebant ei; iudicium sedit,  
 et libri aperti sunt [vii, 10].

Iudicis aduentu cunctorum corda patebunt;  
 Angelicos ciues milia dena notant.

*Et uidi quod occisa esset quarta bestia, aliarumque ablata est potestas [vii, 11-12].*

Nam tunc cessabit omnis prelatio Christi  
 Cum caput ornabit luce corona micans.

247 auulsa] a mensa W	260 preibit] uorabat F
248 iste MPMd	261 cunctorum] octorum U    ad-
249 rex tuus] tuus F	uentum A    pauebunt S
250 cadet R	263 iam FW    prelatio omnis M
251 eiectus C    morte P	anti prelatio G omnis preda-
254 negit N	cio P
257 multas F	264 ornabat P

*Et ecce in nubibus celi quasi filius hominis uenit [vii, 13].*

265 Nam Christus ueniens in nubibus aera tanget  
Sicut in ascensu transiit astra suo.

*Et usque ad antiquum dierum peruenit [vii, 13].*

Nam fuit equalis Patri per singula Christus,  
Cui laus est et honor et sine fine decus.

*Cumque hoc uidisset Daniel, accessit ad eum qui exposuit singula  
de antichristo, hec addens: Sanctos altissimi conteret et tra-  
dentur in manu eius usque ad tempus et tempora  
et dimidium temporis [cf. vii, 25].*

Tempora sunt anni duo, tempus denotat annum,

270 Anni dimidium temporis est medium.

*Sequitur quinta uisio Danielis.*

*Ego Daniel in Susis regione uidi*

*in uisione me esse super portam Ulai. Et ecce aries unus habens  
cornua excelsa, et unum excelsius altero atque succrescens.*

*Et omnes bestie non poterant ei resistere [cf. viii, 1-4]. Hoc  
ad regnum refertur, non ad personam.*

Est alio Cyrus cornu sublimius unum,  
Precedens Darium robore siue manu.

*Hircus ueniebat ab occidente [viii, 5].*

Signat Alexandrum dedignans tangere terram  
Hircus, qui uelox uincere semper erat.

275 Contra ueruecem festinans prelia gessit,  
Eius comminuens cornua bina tulit.

Vnum Darius est, Arsami filius unum,

265 ethera R || tangens N

266 astra] ad astra M

269 annum] unum MMd

270 est] et G      271 est] et R

273 dedignans] designans GU

274 erat] habet AF

275 gessit] fecit C

276 comminuens eius A

277 unum Cyrus est P est unum

Cyrus MCMd est humum Cy-

rus U quod tantum Darius

W || Arsant Arsemi Arsemi

Arseni Arseami Arsemy Arani

Asuri

Loco 277-80 var. et add. Aeg. 1:

Est aries Darius, Arsami filius; eius  
Abstulit ille duo cornua, regna duo:

Ex horum fecit gente tributa dari;  
Medos et Persas propria uirtute subegit,

280 Hos pugnando premens, hos gladiando necaus.  
Quatuor huic hirco nascuntur cornua: regni  
Tot sunt heredes, de quibus inde loquar.

Ex illis ortum cornu breue crescere cepit  
Et contra stellas impetus eius erat.

285 Antiochus cornu signatur in hoc Epiphanes,  
Nam fuit in populum pessimus ille Dei;  
In templo statuit statuam Iouis. Audio sanctum  
Vnum cum socio mox ea uerba loqui:

*Vsquequo iuge sacrificium et sanctuarium et fortitudo conculcabitur?*

*Qui respondit: usque ad uesperam et mane, dies duo milia  
et trecenti, et mundabitur sanctuarium [viii, 13-14].*

Tempus ab Antiocho, cum Ierusalem subit, usque

290 Templum mundetur, quod Machabeus agit,  
Si numeres, annos sex defluxisse uidebis,  
Tres menses et bis quinque decemque dies.

Dum querit Daniel quem sensum sompna monstrent,  
Accedit Gabriel; indicat illud ei.

*Sequitur sexta uisio Danielis, que quarta est in Daniele, sed Iero-  
nymus sextam eam uocat in prologo Abacuch, et hec caldaice  
scripta est. Factum est ut Cyrus et Darius obsiderent Bal-  
thasar in Babylone.*

295 Balthasar ornari mensas splendore ciborum

282 tot] tres L || herodes G || lo-  
quor G      283 breue cornu G

285 Antyochoch Anthiocus Anthio-  
chus Antiochus

288 sociis C

291 defleuisse L

293 monstrant MPAF

294 istud MPL

295 ornari] honori M || splendore]  
implere P

Medos et Persas propria uirtute subegit,  
Ex horum fecit gente tributa dari.

5 Aut unum Darius cornu notat et Porus unum,  
Quos geminos reges subdidit ille sibi.

Perdidit hic duplex Eoa potentia cornu,

Cum sub se domitos ille rededit eos,

Qui uelut hircus erat, agiles dans undique saltus,

10 Hos pugnando premens, hos gladiando necans.

Precepit ducibus principibusque suis;  
 Affferri sacra uasa iubet, que robore multo  
 A Domini templo sustulit eius auus.  
 Vasa coronabant uino fictasque canebant  
 300 Laudes dis fictis numinibusque suis.  
 Ecce, manus regis apparens uisibus istud  
 Exarat in muro—mane, thecelque, phares.  
 Ergo magos mandat, quibus inquit: “Qui leget istud  
 Et quid scripta uelint, hec tria dona feret:  
 305 Purpura uestiet hunc, iungetur et aurea torques,  
 Fiet et in regno tertius ille meo.”  
 Non est inuentus uir qui legat hoc quod aratum  
 Extiterat uel qui soluere scripta queat,  
 Donec adest Daniel, qui singula soluit et inquit:  
 310 “Audi scripturam *mane, thecelque, phares*;  
*Mane* sonat *numerus*—Deus ecce tuum numerauit  
 Regnum, compleuit illud et absque mora;  
 Porro *thecel* sonat *appensum*—quia iam tua uita  
 Pendens in libra nutat habetque minus;  
 315 *Diuisumque phares* sonat—est diuisio regni  
 Facta tui; Medus, Persa fruetur eo.”  
 Purpura mox illum uestit, datur aurea torques,  
 Quodque sit in regno tertius ille canunt.  
 Capta fuit Babylon in eadem nocte, triumphat  
 320 Cyrus cum Dario, Balthasar ense cadit;  
 Succedit Darius, cui defert Cyrus honorem  
 Tanquam maiori pro bonitate sui.

298 templo Domini A

299 fictaque P

300 numinibusque] muneribusque  
F 302 thechelque te-  
chelque || fares.303 magosque U magis MPC ||  
quibus inquit] ait illis W || quis  
L || istud] atque F304 et quid scripta uelent W scrip-  
tum disseret hoc F

306 meo] modo M

307 aratum] oratum U

309 singula] cuncta N

312 complebit MPNGMd || istud  
MPFW 314 mutat P315 pharesque sonat F phares no-  
tat U sonat phares RMdW  
notat phares S

316 fruentur RMCGS

317 purpurat M

318 fit PL || canit US iubet W

319 triumphant S

*Sequitur septima uisio Danielis.*

*Porro Darius sumens Danielelem duxit eum secum in Mediam et  
 erat Daniel unus de satrapis tribus qui preerant centum uiginti, sed  
 in Daniele spiritus Dei erat amplior, et cogitabat rex constituere  
 eum super omne regnum. Vnde principes inuidebant ei et  
 querebant occasionem accusandi eum et euellendi ex  
 latere regis; et dixerunt: non inuenimus oc-  
 casionem nisi in lege Dei sui.*

Liur Chaldeos agitat quod rex Danielelem  
 Ditat et insignit multiplicatque bonis,  
 325 Dixeruntque simul: “Occasio nulla patebit  
 In Daniele nisi quod colit ille Deum.”  
 Insinuant igitur regi: “Decreta dedere  
 Cuncti prudentes, quos tua iura regunt:  
 Nemo dies infra ter denos rem petat ullam  
 330 A quoquam nisi, rex, a bonitate tua;  
 Si petat, incumbat uindicta lacumque leonum  
 Ingrediens fiat esca cruenta feris.”  
 Que statuere duces, firmo decreta sigillo  
 Imperio firmant regia scripta nouo.  
 335 Inde domum Daniel rediit reseransque fenestras  
 Horis orabat corde uel ore tribus.  
 Orabant ter Iudei: dum tertia splendet  
 Et dum sexta micat horaque nona nitet.  
 Lex in monte datur dum tertia splenduit hora:  
 340 Spiritus hac hora Sanctus in igne datur.  
 Eneus in sexta ligno configitur anguis:  
 Hac hora pendes in cruce, Christe Iesu.  
 Nona misit aquam petra, larga fluuenta refundens:  
 Nona de Christo sanguis et unda fluunt.

323 liur] ardor N || quia F

327 regi igitur G ergo regi CUS

328 qui RSF || tua iura] cura mira  
U 331 petit RMPAF

332 ingrediatur R

333 qui W

334 imperio] decretum G || firmat  
U firment RL || nouum F335 rediit Daniel P Daniel rediens  
NLMdF

336 orabat] clamabat L

341 confingitur P

342 pendis U pendens MGMdF ||  
Iesu] erat F

343 profudens CUS

344 fluit CUS



- 345 Estque precans Dominum Daniel inuentus ab illis  
 Peruersis eius qui sitiare necem.  
 Regi declarant rem, sed responsio regis  
 Obstat ne noceant ora ferina uiro.  
 Sed cum nil prosit rex, mittitur ante leones
- 350 Innocuus Daniel, sed fera nulla nocet.  
 Quem uidit Daniel fuit angelus ora leonum  
 Concludens; ideo stat fera nulla nocens.  
 Extrahitur sanus, intro mittuntur iniqui  
 Factores, sed eos ora ferina uorant.
- 355 Rex igitur preclara Dei miracula cernens  
 In regno facit singula nota suo.

*Sequitur octaua uisio Danielis.*

*In anno primo Darii, ego Daniel*

*intellexi in libris Ieremie ut compleri appropinquarent septuaginta  
 anni desolationis Ierusalem; orauit Dominum in ieiuniis et sacco  
 dicens [cf. ix, 1-3]: Auertatur, obsecro, ira tua a ciuitate tua Ieru-  
 salem; et ostende faciem tuam super sanctuarium  
 tuum [cf. ix, 16-17].*

Dum precor, istud ait Gabriel: "Vt liberet urbem,  
 Attendit uoces et tua uota Deus.

347 regis] eius N	353 intra US intus GF
349 rex] res C	354 fautores AF
350 sed] stat CU	356 singula] omnia CUS    uota F
351 quod Danyel uidit R	357 urbem] istud L
352 stat] fit CSF	358 uocem N    uota] uerba R

Loco 349-50 var. et add. Aeg. 1:

Sed cum nil prosit, descendit ad ora leonum  
 Inmissus Daniel, sed timor omnis abest.  
 In Domino iustus confidit, neue nocerent  
 Innocuo, sese continuere fere.

Loco 357-58 var. et add. Aeg. 1:

Orat deinde Deum Daniel ut liberet urbem  
 Ierusalem, populum soluat ut ipse suum.  
 Apparens Gabriel sibi nuntiat ista quod eius  
 Attendit uoces et pia uota Deus.

Hec et adhuc quedam uenio tibi pandere; uisum  
 360 Sermonemque nota, quem reserare paro."

*Tunc aperit ei liberationem futuram per Christum, addidit etiam  
 de destructione per Romanos. Septuaginta ebdomades abbreviate  
 sunt super populum tuum et super urbem ut consummetur preuari-  
 catio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur  
 iusticia sempiterna, et impleatur uisio per prophetas, et ungatur  
 sanctus sanctorum. Scito quod ab exitu sermonis ut edificetur ite-  
 rum Ierusalem usque ad Christum ducem, ebdomades  
 sexaginta due erunt. [ix, 24-25].*

Angelus his uerbis Christi prenuntiat ortum,  
 Qui peccata tulit iustitiamque dedit;  
 Legem compleuit, quem pre cunctis Pater unxit  
 Vt rex et presul esset utrumque simul.

- 365 Hebdomades ait annorum non esse dierum:  
 Septem sic annos hebdomas una facit.  
 Propter lunares annos ait abbreviatas  
 Hebdomades, spatio nam breuiore fluunt;  
 Solares uincunt unoque decemque diebus
- 370 Annos lunares, si numerando notes.

*Septuaginta ebdomades annorum solarium faciunt annos .ccc.lxx.v.;  
 lunarium uero annorum faciunt annos .cccc.xc. Est ergo sensus quod  
 ab exitu sermonis ut reedificetur Ierusalem usque ad ducem  
 Christum, fluxerunt anni lunares .cccc.xc.*

De septem decies, quas hebdomades legis, unam

359 hec et adhuc inquit uenio tibi	362 dedit] tulit U
S hic ter ad hec dixit uenio	366 ebdomades M
tibi Md sunt et adhuc uenio	367 ait] agit L
que A sunt et adhuc quedam	368 namque fluunt breuior Md
uenioque F sunt et adhuc in-	non breuiore fluunt NW
quit uenio que W    uisa LW	369 unoque] uno U
iussum C	371 quam R quos Md    ebdoma-
360 que MF quam L	das MdFW    legit F

Post 364 add. Aeg. 1:

Hebdomades septem decies ait abbreviatas  
 Esse super populum quando futura salus.

Extremam Daniel separat inde loquens;  
 Hebdomas una quidem pactum firmabit; id annis  
 De tribus accipias dimidioque simul  
 375 Dum docuit Christus, cum quod promiserat ante  
 Antiquis patribus perficit esse ratum;  
 Nam iam transierant tres anni dimidiusque  
 Istius hebdomadis cum lauat unda Iesum.

*Et dimidio eiusdem ebdomadis (residuo circa finem) deficiet hostia  
 et sacrificium, et in templo erit abominatio desolationis; et  
 desolata erunt sacrificia post mortem Christi, et usque ad finem  
 mundi durabit hoc [cf. ix, 27].*

Christe, tue mortis tempus Daniel ibi ponit:  
 380 Post decies senas hebdomadesque duas  
 Atque subaudito septem solamque supremam,  
 Quam secat in partes mens studiosa duas,  
 Incurret mortem Christus patiendo, nec eius  
 Existet populus, namque negabit eum.  
 385 Romanus populus cum principe Vespasiano  
 Urbem consumet et sacra sancta Dei.

*Sequitur nona uisio Danielis.*

Cyri Persarum regis cum tertius annus  
 Affuit, est grandis uisio facta michi.  
 Affluxi carnem ieiunans tempore multo  
 390 Nec caro nec uitis os subiere meum,  
 Postque dies mensis primi senos quater unus

372 separat Daniel W	377 transmiserat U
373 ebdomadas F    firmabat A seruabit P	378 illius A
375 dum] tunc MPC    cum] et USAMd tum L om. G    quod om. F    compromiserat G promserat F	379 Christe tue] ipse sue F
376 percipit esse C proficit ense R perficit ante U	381 subauditis U    suppreum U
	382 qua RA
	386 consument G
	388 tibi P
	390 uitis] uictus Md uinum C
	391 unus] annos A

Ante 387 add. Aeg. 1:

Subdit et hanc Daniel quam nunc instante relatu  
 Ponimus; hec eius uisio nona fuit.

Ecce uir apparet, ueste decore nitens.  
 Ex lino uestis, ex auro zona nitebat;  
 Os fulgur, frontis lux quasi lampas erat;  
 395 Pectus crisolito par; brachia, pes, femur eri;  
 Vox quasi multorum uerba loquentis erant.  
 Solus eum uideo, uires fugiunt, color oris  
 Mutatur, iaceo, uultus adheret humo.  
 Ille uir accedit, michi dat solamen et inquit:  
 400 "Ne timeas Daniel, corde repelle metum,  
 Namque die primo mensis dum cum prece pulsas  
 Astra, Deo sedit uox lacrimosa precum;  
 De reditu populi Dominus tibi prebuit aurem  
 Predictoque die nuntius esse paro,  
 405 Sed michi Persarum princeps ter quinque diebus  
 Restitit et senis, sic mora facta fuit.  
 Cum tunc egrederer, patuit Grecus michi princeps  
 Vt nos impediatur incutiatque moram.  
 De reditu populi nunc te uenio dare certum."  
 410 Nemo nisi Michael hic michi prebet opem.  
 Legati Sathane sunt princeps ille uel ille,  
 Sicut Ieronimi littera nuda sonat;  
 Istos appositos his regnis esse fatetur  
 Vt subiecta sibi regna labore grauent.  
 415 Vt tua plebs grauitur peccet dum torquet Hebreos,

392 apprens NPLF	407 Grecus patuit R patuit gra- tus MP
395 pectus] uultus MPC    brachia] pectora MPC	408 nos] non MP
396 loquentis] sequentis Md    erat U 397 eum] cum F	409 de reditu] deditu U
oris] eius A	410 Michael] Gabriel S
398 iaceo] taceo S	412 docet AW
401 cum] tu ALMdNUF ter S	413 illos A    fatentur P
403 prebuit] reddidit F    aures L	415 gens grauitur peccet G plebs peccet grauitur F    cum tor- quet G detorquet S
406 semis GMd segnis N	

Post 414 add. Aeg. 1:

Ergo Ieronimi si dicta sequamur, eorum  
 Nequam zelus erat impediensque bonum.

Angele Persarum, tu studiosus eras;  
Hinc ut Persarum regnum Greco societur,  
Angele Grecorum, tu studiosus eras.

Sed celi ciues Gregorius esse fatetur,

- 420 Vt purgetur adhuc, si quid Hebreus habet:  
Si quid Iudeis aliquid rubiginis hesit,  
Eradat pene lima laborque grauis.

*Sequitur decima uisio Danielis.*

Annus erat primus Darii stabamque uirumque  
Audio predictum pandere mira michi.

- 425 "Pando tibi, Daniel, noua post Cyrum Dariumque,  
Quos nunc regnorum scepra tenere uides.

Tres reges Persis Cambyses Ermidiesque

Vir magus et Darius natus Hydaspis; erit

Et quartus Xerses natus Darii super omnes,

- 430 Aduersus Grecos qui noua bella geret

Donec Alexander ueniat, mox preterit omnes

Reges." Vir uerax cum Daniele loquens:

"Rex fortis, rex ille potens pede conteret orbem;

Sub patre tam celebri patria tota tremet."

417 hinc ut] ut iam U    Persarum]	desque Crinidiesque
Grecorum F 418 eris U	428 Ydapsis Ydapsus Idaspis Y-
420 si quid] quicquid G	dapis Ypdaspis Ydasperis
421 si quid] ut si CUSL et si MP	magus et] magnus GC    erunt
uel si Md 422 eradiat U	MCA erant PF erat MdNLW
423 Darii primus A Darii U	429 Xersex Ierses Serses Excurses
424 michi] Dei MdLNUSFW	430-31] om. M
426 sceptrorum regna MPCUS	430 gerit N ferent W
Grecorum scepra GA	431 mox] qui GW mox qui Md
427 Parsis    Cambyses Cambises	tunc A
Canbises    Erinidiesque Hermi-	433 orbem] hostem A
diesque Hermediesque Her-	434 patre om. F    celeri Md sce-
meidesque Hemidiesque Emei-	leri U    tremit MPMd

Loco 419-20 var. et add. Aeg. 1:

Sed cum Ieronimo non consonat, immo supernos  
Gregorius ciues esse fatetur eos,  
Quos ideo dicit obstantes ut remorando  
Purget purgandum si quod Hebreus habet.

*Hic de regno Egypti et Syrie tantum prosequitur Daniel, quia sub  
his afflictus est populus Dei uicissim; post Alexandrum regnavit in  
Egypto Ptolomeus Philadelphus, Philopator, Epiphanes; in Syria  
post Alexandrum Antiochus socer Antiochi, Seleucus, Galerius,  
Antiochus magnus, Antiochus Epiphanes.*

- 435 Iste uir Antiochus Epiphanes fratre perempto  
In Syria regnans scepra thronumque tenet.

*De illis que sequuntur.*

Quod pars Antiocho quedam sit congrua, quedam  
Pars antichristo scire legendo potes.

*Erit in concupiscentiis feminarum [ xi, 37].*

Congruit Antiocho locus hic ubi dicitur: "Istum

- 440 Feminee labis multa cupido trahet."

Non antichristo uox consonat hec quia gentes

Vt citius possit fallere castus erit;

Congruit huic casto locus hic: "Inter freta gaudet

Stare, tabernaculum figet Apheruo suum."

*Apheruo interpretatur solium suum,*

*et est sensus:*

- 445 Ierusalem figet solium, que respicit inde  
Tyrrenum pelagus, hinc Mare Mortis habet.  
Montis Oliueti solium super ardua ponet,  
De quo conscendens Christus ad astra redit.

439 locus hic] pars hec L	444 figet] ponet CMd    Aferuo
440 multa] nulla U    cupido] libido	Auerno Epherno Auerna Aceruo
F    trahit Md	445 figit MdAL    quia G
441 non. . . uox tr. W	446 Tyrrenum] terrenum CU ex-
442 citius] leuius L    eris G	tremum MdLW    hic Md
443 huic om. F	mare om. F 447-48] om. P

Post 436 add. Aeg. 1:

Hic iam dictorum quedam distinguere debes  
Vt proprium teneant mystica queque locum.

Post 440 add. Aeg. 1:

Sicut enim legitur, nimis hic exarsit et ipsum  
Captiuum duxit luxuriosa lues.

*Et nemo auxiliabitur ei [xi, 45].*

Nullus opem feret huic quia uox ex aera clamans

450 Dicet: "Obi!" Post hanc fulminis igne cadet.

*Post hec Daniel prosequitur uisionem de tempore antichristi et conuersione Iudeorum et resurrectione mortuorum.*

### HISTORIA SUSANNE

#### *Pars sacerdotum.*

Hactenus arrisit Susanne gratia forme,

Hactenus in populo floruit eius honor.

Fama serena quidem, sed nubila facta, nec huius

Laudi famose consona uita fuit.

455 Sed quis erit fructus si te flos nominis ornet

Et de messe boni nil tua uita ferat?

Omne quod est rubeum nomen non impetrat auri;

Omne quod est niueum non imitatur ebur;

Auri nobilitas luteam si uestiat ollam,

460 Non ideo sequitur hanc minus esse lutum:

Sic et Susannam si fame candor inauret,

Non ideo sequitur hanc minus esse ream.

Nobis enituit quod mecha sit, et quod iniqua

Spernit mecha uirum, spernit iniqua Deum.

465 Virtuti uitium, sinceris turpia, legi

Illecebram, fidei pretulit illa dolum.

Nos urit grauiter res hec, opus hoc, scelus istud,

Res deformis, opus flebile, triste scelus;

Iuris enim nostri est tales euellere plantas

449 ex om. F

451-646] The revision of *Historia Susanne* by Aegidius of Paris is given at the end of *Liber Danielis*. 452 honos G

453 forma L || eius MdASLFW

454 laudis P

455 sed quid F et quis G quis-quis U 456 feret GS

457 rutilum G || impetret R

461 Susanne R || forme P

463 uobis W || innotuit Md || sit]

fit NP

464 spreuit GC || uirum] metum G || spreuit GCS

465 uirtutis P || sinceri L || turpia] purpura S

466 illecebras CS illecebra F

illecebrans U || protulit G ||

ista G 467 illud Md

468 informis F denormis L

469 tales est nostri P || euoluere

F euertere G || plantas]

lanas U

470 Ne pariat fructus arbor iniqua malos.  
Praua quidem cito fructificant et fertilis arbor  
Tardius; urtica crescere semper habet.

Lex igitur poscit, et res, ut in arboris huius  
Radicem uindex nostra securis eat;

475 Sed donec uobis clarescant omnia, paruam  
Pene concessit ultio nostra moram.

Ergo reuoluetur res ordine ducta rotamque  
Lingue currentis iuris habena reget.

Cum sol estiuum libraret tempus et urbis

480 Librasset causas nostra statera diu,  
Surgimus, egredimur, Ioachim nos excipit ortus  
Floribus ut recreet tedia nostra locus.

Nostro blanditur locus arridetque labori;

Ridentem reddunt quatuor ista locum:

485 Hec sunt arbor, humus et fons et auis; uiret arbor,  
Vernat humus, garrit fons, citharizat auis;

Arbor fronde uiret, pubescit gramine tellus,

Murmure fons garrit, gutture ludit auis.

Sedimus hic igitur, fallendo sub arbore solem,

490 Vt inuenescat ibi nostra senecta parum;

Dumque locum nostri metitur luminis error,

Sors in Susannam lumina nostra tulit.

Pulsauit portam, patuit pulsata, patentem

Intrat et orditur ad sua uota uiam;

495 Et quales optat lasciuia libido latenti

Dilecto, tales obtulit illa genas.

Intrat enim succincta dolis, discincta puellis,

471 et] sed G 473 igitur] ergo S

474 radices GF

475 nobis PLF 477-78] om. C

477 resoluatur F reueletur U

478 regat U

479 estiuum] hesternum G || libras-  
set GS 480 causas] curas G

482 floridus GNCUSW || otia G

484 uernantem G || reddunt] faci-  
ciunt CUS redimit W

485 humus et auis fons F auis et

fons et humus MP auis humus

et fons sed C

487 pudescit Md || germine RNPW

489 hinc A

491 metitur] mentitur N

495 obstat U || letanti N

496 intulit F prebuit CUS

497 distincta L || puellis] capil-  
lis CF

- Picta genis, pedibus nuda, uenusta comis;  
 Excludens famulas sine teste fuit quia nemo  
 500 Delinquens oculos testis habere cupit.  
 Turpem prodebat habitus quesitus amorem  
 Deformisque note testis et obses erat.  
 Signis siue notis, etsi non uoce, reatum  
 Impure mentis hec potuere loqui:  
 505 Frons stellata rosis, picta lasciuiua zone,  
 Collum torque nitens, auris inaure micans,  
 Pes leuis et uestis rugis crispata superbis,  
 Et coma dedignans uincla magistra pati.  
 Cur sic? Vt placeat magis, ut magis urat amantem;  
 510 Plus igitur placuit, plus suus arsit amans.  
 Arsit et accessit; os ori, brachia collo  
 Sumpserunt; pudor est ordine cuncta sequi.  
 Currimus huc; fugiunt, alter foris euolat, heret  
 Altera; uir leuior, pigrior illa fuit.  
 515 Assumus, illa stupet; loquimur, rubet illa; minamur,  
 Ista dolet; causam querimus, illa tacet.  
 Nos quasi subsannans oculo Susanna superbo  
 Quesitum surda preterit aure scelus.  
 Indicat illatum uel fronte uel ore reatum:  
 520 Frons rubet, ecce pudor; os silet, ecce fauor.  
 Elucet que sit Susanna, nec esse sepultum  
 Pertulit hoc crimen iudicis ira Dei.  
 Nec fallit sermo uulgari tritus in ore:

500 testes C || habere cupit] amare  
 solet GF  
 501 prodibat Md  
 502 deformemque F  
 503 etsi non] etiam sine MPC  
 505 zone] uestis G  
 506 nitens] tumens G || micans]  
 nitens G  
 507 pes] res R || rugis uestis CGUS  
 508 uincla sparsa iacens GF  
 509 amantem om. Md  
 512 nupserunt MGAF iunxerunt  
 CUS iunpserunt Md || est]

hec L || loqui MPAF  
 513 hinc AMd hii U || foris alter N  
 515 rubet] silet F  
 516 illa GCUSA || ista silet MdA  
 illa stupet W  
 519 illatum] illa tamen GAW ||  
 reatum] pudorem NL  
 520 silet] tacet RMd || fauor] pa-  
 ror GFW  
 521 esse] ecce A  
 522 hec U || iudicis] uindicis L  
 523 uulgaris A

- Donec fracturam sentiat, olla natat.  
 525 Que nesciret adhuc frangi, si sana fuisset  
 Nec rimosa fides huic in amore uiri,  
 Si non eius amor in sponso naufragus esset,  
 Vel si nupsisset moribus illa uiro.  
 Sed multum distant sibi uir pius, uxor iniqua —  
 530 Vir fidus sponse, sponsa dolosa uiro.  
 Sponse culpa tamen Ioachim non torqueat; ex hac  
 Fece nichil labis contrahit ille sibi.  
 Non ideo reus est si uir suus est, quia dampni  
 Nil oleum patitur si societur aque.  
 535 Causa relata patet nec testibus indiget; ergo  
 Torqueat et cruciet ultio digna ream.  
*Daniel reuocat populum ad iudicium presbiterorum.*  
 Quis turbo turbam turbauit? Quis sonus urbem  
 Impulit? Vnde fragor intonat, unde dolor?  
 Ite, redite, reos astringite, soluite iustam.  
 540 Hos sua culpa ligat, hanc sua causa iuuat.  
 Pondere non equo Susanne causa pependit,  
 Nec timuit mendax esse statera senum.  
 Canities etiam mentiri nouit, et albam  
 Non semper retinet alba senecta fidem.  
 545 Albi temporibus, nigri sunt moribus; equant  
 Tempora cana niuem, corda dolosa picem.  
 Inde potest ipsis irasci moribus etas,

524 notat R rotat Md  
 525 que] hec G || frangi] rimam G  
 || si sana] Susanna P  
 526 rumosa P || fidens F || hinc  
 PS hec CF hic U  
 527-28] om. C  
 527 eius. . . esset tr. N  
 529 multum] longe G  
 532 contrahet G contrahat LMd  
 || ipse C  
 533 igitur F || si] quia NL  
 534 sociatur MP  
 535 causa] culpa A

537 turbam turbo MdLUFW  
 538 unde] et unde C  
 539 astringite] affligite N || iustam]  
 castam CUS  
 542 nam nouit Md nam meruit  
 NL nec meruit F  
 543 etiam] exit M  
 544 retinet semper S || alba] illa G  
 545 sunt nigri MdLW  
 547] Here *Lib. Danielis* breaks off  
 in U; *Prol. Novi Testamenti* be-  
 gins on the verso of the folio.

- Que stupet in senio non senuisse senes.  
 Hos gradus insignit sed uita premit, nec honori  
 550 Summo respondet infima uita senum.  
 Ambo presbyteri, sed non prebent iter ulli;  
 Ambo Iudei, sed sine lege Dei;  
 Cumque rigant alios, tamen a dulcedine morum  
 Ieiunus remanet tantus honoris apex.  
 555 Ore docent. Sed quid? Cum lingue uita repugnet!  
 Nec redimit mores aurea lingua malos.  
 Verbis frondescunt, sed non est fructus in actu;  
 Ore pluunt aliis, sunt sine rore sibi.  
 Talis uterque docet, nocet, ungit, pungit; obesse  
 560 Plus, prodesse minus nostis utrumque tamen.  
 Cum doceant alios, se non hortantur, et instar  
 Candele spargunt in sua dampna iubar:  
 Proficit hec aliis, sibi soli deficit; isti  
 Proficiunt aliis deficiuntque sibi.  
 565 Vis tibi depingi breuius premissa? Sequuntur  
 Vtres seu uentres, dolia siue dolos.  
 Curant non aras sed haras, non uera sed era,  
 Non equum sed equos, non inopes sed opes.  
 Herent seu uanis seu uinis siue uenenis:  
 570 Querunt uana, colunt uina, uenena uomunt.  
 Libras, non libros, relegunt parentque monetis,  
 Non monitis; pretio, non prece, quemque iuuant.  
 Non alleluia ructare sed allia norunt;  
 Plus in salmone quam Salomone legunt.  
 575 Talibus ergo fides inclinet uestra fauorem?

549 sed] nec P		trumque S    tamen] senem G
550 respondit G		senum F
552 lege] iure G		561 et] ad CSMd 565 cicius S
553 regant MGSAF    a om. C		565-68] <i>tr. post</i> 558 G
555 uite lingua F    repugnat Md		568 equos] equum SMdNLW
repugnet F		569 uel uinis C    siue] seu Md
556 non GA	557 actus P	572 queque CPMdW
558 ore] rore G    sunt] sed MPC		573 allea W    norunt] querunt F
559 docet] monet S		574 legunt] student R
560 hostis uterque W noscis u-		575 inclinat RG    nostris AP

- Non, quia fallaces non meruere fidem.  
 Fingunt que uestris fuderunt auribus; iste  
 Non est ordo rei quem docuere rei;  
 Sed nichil intextet mea uox de stamine falsi,  
 580 Remque sequar breuiter et sine nube doli.  
 Estus erat, calor instabat, sol flammeus undas  
 Iusserat immemores frigoris esse sui;  
 Riuus qui ludens Ioachim lasciuit in horto  
 Lampadis eiusdem ui tepefactus erat.  
 585 Illic inuitat Susannam balnea; surgit,  
 Huc properat, fraudem nescit inesse loco;  
 Temptat aquam, laudat temptatam, nuda subintrat  
 Laudatam; nudam uidit uterque senum—  
 Vidit et incaluit. Concepte pabula flamme  
 590 Huius utreque gene sunt in utroque sene.  
 Hinc species inde spes, hinc uenus inde uenustas,  
 Hinc calor inde color cor tetigere senum.  
 Igni dant uires oculi, lux ignea, ceruix  
 Lactea, cesaries aurea, nuda caro.  
 595 Res noua! decrepitis audax amor imperat; igni  
 Exangues stipule dant alimenta nouo.  
 Non par inuoluit puerumque senemque reatus:  
 Errat amando puer, seuit amando senex;  
 Flamma senum rorem uenie non impetrat, horum  
 600 Fornax sedari non sine fonte potest;  
 Extingui leuius puerilis flamma meretur;  
 Rore premi modico flamma nouella solet.  
 Quid sero plura? Senes captiuat forma, trahuntur

578 rei] Dei MdF		uenus] illinc uenus S illinc
579 nil MdLW    de stamine] in		nemus L
crimine L		592 color inde calor MdNAFW calor
579-80] om. C	580 loquar P	inde furor L 596 noua L
583 ridens NMd		599 uenie rorem G
584 ui tepefactus] intabefactus G		600 sedari fornax F    fonte] forte
stepefactus P stupefactus AW		G
585 illuc G	586 hic R	601 leuius] melius CW citius Md
589 concepte] contempte R		iuuenilis G
591 inde spes] hinc spes LS    hinc		602 solet] parat P

- Illecebra, celeres ad sua uota uolant.  
 605 Ergo preces fundunt, ergo dant, ergo minantur;  
 Nil prece, nil donis, nil ualuere minis.  
 Vt nullo sensit effectu uota beari,  
 Sic in Susannam fulgurat ira senum:  
 "Effectus nostro si non arridet amori,  
 610 Crimen fingemus in tua dampna nouum;  
 Te sponsi fedus lesisse fatebimur; istud  
 In populi medio nostra querela seret."  
 Sperans et metuens fluitat Susanna; minstrat  
 Spem diuinus amor, lingua dolosa metum.  
 615 Mens trahitur ueloque spei uentoque timoris,  
 Spemque metumque sequens inter utrumque uolat.  
 Deuotaque uolans ad celum mente loquelam  
 Fletibus undantem fudit in aure senum:  
 "Nauis quo fugiet geminis impulsa procellis?  
 620 Hinc michi nulla salus, hinc fuga nulla patet.  
 Syrtes incurret fugiens mea cimba Caribdim,  
 Et mea fata cauens in mea fata ferar.  
 Peccem? Peccantem me puniet ira Gehenne.  
 Clamem? Clamantem puniet ira senum.  
 625 Sed quid? Vestra, senes, manus in me seuiet; iram  
 Leniet Inferni uerbere trita caro.  
 Vt dampnum carnis animam lucretur ematque  
 Portum celestem, naufraga uita michi."  
 Dixit et obsistit et preualet una duobus,

604 illecebrai W  
 605 dant ergo] dant inde Md  
 606 donis] dolis P  
 609 arderet G  
 611 fedus sponsi W  
 612 medio populi F populis spar-  
 gens G || loquela G || feret  
 MdNALW  
 615 uelleque C zeloque Md  
 616 spemque] Christe R || natat  
 MG  
 618 seuit C soluit S || aure] ore R

619 fugiat A || infusa F  
 620 michi] mea P || nulla] sola P  
 621 Sirtes Sirces || incurrens M  
 incurrit F || fugiet M || Ca-  
 ripdim Charipdim Karipdim  
 622 faua Md || in] ad G || feror W  
 623 Iehenne Geempne  
 625 si quid R quid si W et si L  
 sed si CSAF || uiri L || seuiat  
 CSAMd  
 626 inferni] immani G

- 630 Seuis blanda, uiris femina, iusta reis.  
 Non uincunt ut conuincant, quia nil adamanti  
 Malleus hinc, incus inde, nocere solent.  
 Vt mea uox celeri sit digna fide, locus istos  
 Separet et ratio iudicet acta senum.  
 635 Dic, immunde senex, dic que fuit arbor amoris  
 Conscia sub foliis ausa uidere nefas.  
 Vix inuenta sibi est responsio flebilis; umbram  
 Prini mentitur criminis esse ream.  
 Alter, ad auditum cuius non iste uolauit  
 640 Sermo, loquatur. Ait: "Estimo cinus erat."  
 Quid plus? Conuincit lingue discordia testes,  
 Nec similes reddit utraque corda sonos.  
 Restat ut in proprios auctores pena recurrat,  
 Vapulet et uirgis doctor uterque suis.  
 645 Prosequar hanc titulis igitur, cruce persequar illos;  
 Hec meruit titulos, hi meruere crucem.

*Sequitur de historia Bel.*

- Dum floreret adhuc Daniel etate uirenti,  
 Contulit huic multas rex Babylonis opes.  
 In regis mensa prior intra regis amicos  
 650 Efficitur; probitas emerat istud ei.  
 Mente senex, etate uirens, sine fraude fidelis,  
 Purus carne fuit, iustus amansque Deum.  
 Regno nomine Bel simulacrum stabat in illo;

630 seuis] senis L || uiris...reis MPC || cinus] cuius P  
 tr. A 641 quem Md  
 631 nec G || nec conuincunt F ut 642 reddunt NS || corda] lingua  
 coniungat NCLS GF || sonos] senes MdAF  
 632 hinc incus] huc uicia N || nota- 644 uapulat C || suus F  
 re Md || solet MPF potest CA 645 persequar ALMdF || igitur  
 633 celebri G celi L scilicet F titulis MPCG  
 635 dic emuncte G inueterate C 646 necem CSALW  
 637 sibi est] sibi MPC tibi G 647 cum NMLF || uirenti] uirili G  
 fuit W || umbra A 648 intulit MP  
 638 pruni M primi PGLMd 649 inter GAS intrat FW ex-  
 639 ad] in F tat Md || amicus MdF  
 640 locutus ait AFW loquebatur 650 illud MdLF 651 nitens F

- Illud adorabat rex populusque suos.  
 655 Cura sacerdotum uigil unaquaque dierum  
 Impendebat ei, rege iubente suo,  
 Bis sex artabeas simile deciesque bidentes  
 Quatuor et uasa sex spatiosa meri.  
 Rex ait: "O Daniel, quare non istud adoras  
 660 Numen, tam fortem magnificumque deum?"  
 Respondit: "Colo Factorem, qui singula fecit,  
 Qui Deus est uiuens, secula cuncta regens."  
 Rex ait: "Ecce deus uiuens Bel iste probatur,  
 Qui tot oues comedit, pocula tanta bibit."  
 665 Respondit Daniel: "Foris est hic eneus, intus  
 Est luteus, numquam suscipit ore cibum."  
 Ergo sacerdotes rex turbatus uocat, aures  
 Vulnerat illorum uoce minante necem:  
 "Ni michi declaret responsio uestra quid istas  
 670 Expensas comedat, mors erit ultra nefas;  
 At si monstretur michi quod Bel deuoret escas,  
 Blasphemus Daniel corruet ense meo."  
 Porro quater deni fuerant qui sacra parabant  
 Exceptis pueris coniugibusque suis.  
 675 Inde petunt templum, rex apponi iubet escas,  
 Cuncta sacerdotes rege iubente parant.  
 Istis egressis de templo, per loca templi  
 Singula cribratur rege iubente cinis;  
 Ostia clauduntur et regius anulus illa  
 680 Signat ne regem causa latere queat.

654 istud S

655 cura] iura R || unoquoque C  
unaqueque F quacumque L

656 impendebat N

657 arthabeas archabeas artaboas  
archobeas

658 speciosa F 659 illud G

660 forte LS magnum MP || miri-  
ficumque LMd munificumque  
F uiuificumque R

663 iste] esse AMd

664] Multiplices uno qui uorat ore  
cibos G

669 nil G || quis NAG

670 ultra G

671 at] aut G ast W || monstra-  
tur MdF monstretis W

672 blasphemans L

675 escam P

677 de] a MPC

678 cribratur RPCGSN || iubente]  
uidente RW

- Nocte sacerdotes solito de more latenter  
 Intrans cum pueris, singula uentre uorant;  
 Namque sacerdotum deceptrix cura latentes  
 Fecerat introitus; terra tegebat eos.  
 685 Rex surgit surgente die Danielque uocatur;  
 Ad templum properant signaque salua uident.  
 Ostia rex pandit, mensam uacuam uidet, ergo  
 Exclamat: "Bonus est Bel deus absque dolo."  
 Stare facit regem Daniel, uestigia monstrat,  
 690 Furta patent, torquet regia corda furor;  
 Ergo sacerdotes rapit, ostia falsa requirit,  
 Monstrat secretas turba dolosa uias.  
 Hos omnes perimit rex inque manu Danielis  
 Bel dedit; hic templum diruit, ara ruit.  
 De dracone quem occidit Daniel.  
 695 Sub tellure latens draco parte iacebat in illa,  
 Ignem sepe uomens, raro patere uolens.  
 Viuentem plebs esse deum Babylonia credens,  
 Thure, sacris, precibus prona colebat eum.  
 Istum commendans rex intulit hec Danieli:  
 700 "Quin deus hic uiuat nemo negare potest."  
 Cui Daniel: "Michi, rex, tua sit concessa potestas  
 Vt faciam citius hunc sine fuste mori."  
 Ille potestatem dedit huic quod uellet agendi;  
 Accipit hic adipem cum pice cumque pilis;  
 705 Hec coxit, massas confecit, in ore draconis  
 Proiecit; crepuit ille, preemptus obit.  
 Ira mouet patrie proceres regique loquuntur:

682 cum pueris intrat G || uentre  
queque G686 saluaque signa PNMDW signa-  
que falsa A || uidet P688 deus est Bel bonus GA bonus  
Bel deus F

689 Daniel regem P

693 manus A

694 diruit] destruxit F

695 latens] iacens C || ista Md

697 Babylonia Md Babilona N

699 commendat A || hoc A

701 tua rex michi R

703 hoc L 704 hinc W

705 hic coxit Md excoxit L hec  
consit P || confecit] cum fe-

cit L || ora MdAW

707 proceres] patres W



- “In nostras detur pessimus ille manus,  
 Qui Bel destruxit, subuertit templa, draconem  
 710 Occidit, nobis durus ubique fuit.  
 Assensum nobis tua si non prebeat auris,  
 Igni trademus teque domumque tuam.”  
 Rex audita pauens Danielelem tradidit illis,  
 Inque leoninum mittitur ille lacum.  
 715 Septem non escas solitas habuere leones  
 Vt citius perdant ora ferina uirum,  
 Sed miserata suum seruat diuina prophetam  
 Gratia, namque fere nil feritatis habent.  
 Ieiunat Daniel, nullas ibi suscipit escas,  
 720 Nec fuit esca feris, quem timuere fere.

*De Abacuc.*

- Stans procul hinc Abacuc pulmentum ferre parabat  
 Illis qui segetes falce secante metunt.  
 Angelus inquit ei: “Fer pulmentum Danieli,  
 Quem grauis affligit in Babylone fames.”  
 725 Respondens ait hic: “Ignoro lacum, Babylonem  
 Nescio, predictus nescio quis sit homo.”  
 Et de Iudea tulit illum crine capilli  
 Angelus et locat hunc in Babylonis humo.  
 Exclamans Abacuc ait: “O Daniel, uir honorum,  
 730 Que Dominus misit, prandia tolle tibi.”  
 Vescitur ille cibo grates referendo, locoque  
 Redditus est Abacuc quo stetit ille prius.  
 Septima lux aderat, rex ut fleret Danielelem  
 Venit et inuenit nil nocuisse feras,

708 iste F

710 dirus W seuus F

711 si non tua CMdF

712 tuamque domum CMd

714 locum L

715 septem] sed tunc G || solitas  
 escas G

716 perimant L 717 miserta P

718 feritatis] deitatis P

719 ibi nullas MPC et nullas F

720 non SL

721 hinc om. G || Abacuch Abba-  
 cuch 722 illic Md

723 pulmentum fer G

724 afflixit MPC

725 his L || locum SW

727 et] tunc A

729 honoris NW

730 quem F || Deus inmisit W

734 feris P

- 735 Deque lacu tulit hunc laudando Deum Danielis,  
 Clamans quod similis non sit in orbe deus;  
 Inque lacum mitti iubet omnes ante leones  
 Illos qui tanti causa fuere mali,  
 Quos in momento rapit et uorat ira leonum,  
 740 Cessauitque malum cum periere mali.

*Explicit Liber Danielis*

737 inque] in F || locum L

739-40] om. P

Aeg, 1:

*Historia Susanne*

(Additions and rearrangement of parts by Aegidius of Paris.)

- Hic subit historie quoniam ditissimus olim  
 Vir Ioachim dictus in Babylone fuit;  
 Hic bonus et discretus erat, sensuque uigentem  
 Consiliis dandis uulgus adibat eum.  
 5 Huic facie prestans que tunc Susanna uocata est  
 Et que stirpe Iuda prodiit uxor erat.  
 Porro qui causas arbitrarentur in illo  
 Anno, presbiteros constituere duos,  
 Qui tandem Ioachim uelut eius in ede frequentes  
 10 Vxoris speciem concupiere sue;  
 Querebantque senes multo molimine uotis  
 Implendis posset qualiter esse locus.  
 Hortus erat Ioachim quo se plerumque lauabat  
 Vxor in absconso; prodiit inde locus.  
 15 Hic latuere senes ut ibi sine teste repertam  
 Protinus arriperent et fruerentur ea.

*Read Dan.* 581 Estus erat—596 Exangues.Heu pudor, heu facinus, bene clamat Naso, quod omni  
 Peius adulterio turpis adulter obest.*Read Dan.* 597 Non par—604 Illecebra.

- Regressis propter unguenta ferenda puellis,  
 20 Tutius emergunt incutiuntque manus.

*Read Dan.* 605 Ergo preces—626 Leniet.Ergo mori malim simul immaculata relinqui  
 Quam me post mortem puniat ira Dei.